Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

meus: et membra mea quasi umbrilli redacta s. Stupebunt uiri super hoc: et
innocens contra hypocritam suscitabit. Et tenebit uir uiam suam: et mundus ma
nus addet fortitudinem. Igitur uos omnes conuertimini et uenite: et non inue
niam in uobis ullum sapientem. Dies mei transierunt cogitationes mee dis
sipate s. torquentes cor meum. Nocte uertuntur in die: et rursum post tene
bras spero lucem. Si sustinuero infernus domus mea est: in tenebris stratu
lectum meum. Putredini dixi pater mis es: mater mea et soror mea uermib.
Vbi est ergo nunc postolatio mea: et paciencia mea quis considerat. Nun quid
sum in infernum descendet omnia ossa mea: putas ne saltem ibi erit requies
Respondens autem Baldad suuites dixit. Vsq; adquem michi
finem uerba iactabis. Intellige prius: et sic loquamur. Quare reputati
sum ut iumenta: et sordium coram te. Quid prodest anima tua in furore
tuo. Numquid propter te derelinquet terra: et transferentur rupes de loco
suo. Nonne lux impii extinguetur: nec splendebit flamma ignis eius.
Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: et lucerna que super eum est extinguetur.
Arctabuntur gressus uirtutis eius: et proiciet eum consilium suum. Immittit enim
in rete pedes suos: et in maculis eius ambulat. Tenebitur plantam illius laqueus:
et exarcescet contra eum sitis. Absconditum est in terra pedica eius: et decipula
illius super semitam. Vndique terrebunt eum formidines: et inuoluent pedes
eius. Attenuet fame robur eius: et inedia uniaclat costas illius. Deuoret pul
chritudinem cutis eius: consumat brachia illius primogenita mors. Auellatur
de tabernaculo suo fiducia eius: et calcet super eum quasi rex interitus. Habi
tent in tabernaculo illius socii eius qui non est: aspergatur in habitaculo eius sul
phur. De ore suo radices eius siccent: sursum autem adcretur messis eius. Memoria
illius peribit de terra: et non celebretur nomen eius in platheis. Expellet eum de luce
in tenebras: et de orbe transferet eum. Non erit semen eius neq; progenies
in populo suo: nec ulla relique in regionibus eius. In die eius stupebunt nouissi
mi: et primos inuadet horror. Hec sunt tabernacula iniqui: et iste locus

eius qui ignorat deum.